



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita S. Birgittæ, Alias Brigitæ, viduæ. Ex ea quæ sincerè conscripta
habetur apud V. P. Lauren. Surium, teste Baronio. Obijt autem anno
Domini 1373. Relata in numerum Sanctorum, à Bonifacio nono, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42728

Iorum concedit. Cuius venerabile corpus S. Martinus cum honore congruo ad Ecclesiam extra urbem duodecim Apostolis sacram duxit & in ea sepeliri iussit. Sequenti verò die populum omnem, qui ad tanti viri exequias copiosus nimis & innumerabilis conuenerat, internum amorem erga pastorem suum largissimis lachrymarum fontibus testabatur in Ecclesiam conuocans, sanctæ admonitionibus doctrinæ consolabatur, eisque Vicarius ordinavit Episcopum. Porrò anno salutis 836. Indictione 14. Ludouici Imperat. 23. sacræ eius reliquæ Paderbornam fuere translatæ: eximis itinere glorificatae miraculis curationib. quippe cæcorum, claudorum, mutorum, surdorum, dæmoniacorum, & aliorum debilium atq; languentium: quæ etiamnum apud venerandū eum tumulum saepius ostenduntur.

VITA S. BIRGITTAE, ALIAS BRIGITÆ, VIDUÆ.

Vide Notat.
C. Baron. in
Martyrol.
Romanum.

Ex ea quæ sincerè conscripta habetur apud V. P. Lauren. Surium, teste Baron. Obiit autem anno Domini 1373. Relata in numerum Sanctorum, à Bonifacio nono, Summi Pontifice.

23. Iulij.
Illustris
eius Prosapia
in Suedia.

Sancta Birgitta, illustri admodum prosapia in regno Suediæ oriunda, non modò parentes, sed & auos, proauos, abauosq; ea habuit pietate & religione conspicuos, vt exemplo Abrahæ aliorumq; priscorū patrū, quamuis diuinitijs abundarēt, vitæ tamē cōuersatione veros se in hac terra peregrinos declararēt. Patri Birgerus nomen fuit; matri vero Sigridis; cuius pater

regis

regio sanguine procreatus , maximam auri argentiique vim in ecclesiarum constructione liberaliter expendit, amplissimosq; redditus magnificencia sua dignos dotis nomine ijsdem assignauit. Porrò Birgitta in lucem hanc non sine magnis futuræ sanctitatis iudicijs edita , anno xxiiii suæ plus minus septimo , matre iam vitæ munere sanctissimè perfuncta, materteræ, insig-
Traditum
materteræ,
defunctamē
tre, nurieus
da.

gui prudentia & religione matronæ, disciplinis imbuenda est tradita. Vbi præclaris quibusdam sanctitatis præludijs vitam ita instituit , vt & multis Christi cōsolationibus & inimici etiam terrorib. indies ad maiora vocaretur. Facta verò nubilis , pater eam cuidam adolescēti, cū genere claritate tum prudentiæ opinione illustri, despōndit: vt familiæ vniuersæ maiorem dignitatę splendorem adferret. Erat is sponsus Nerici princeps. Vlpho de Vlphaſo nomine, qui vir Nubit vlginem spectabili morum elegātia præditam capponi, & isti adeo amoribus prosequebatur, vt nefas esse to anno vi-
uunt carnis
neuter.

duceret carnalibus eius amplexibus frui. Anno itaq; integro se continuuit, virginemq; pudicitiæ deditam hortabatur, vt ardentibus secū precib. incumberet, quod prolem omnipotentis Dei ser-
uunt carnis
neuter.

vicio perpetuò consecrandam generarent. Inde amori mutuo ita incubuerunt, vt semper tamen sacro Quadragesimali tempore, diebusq; solen-
Deut. 32.

nibus, & sexta qualibet feria à carnali copula abstinerent , carnemque disciplinis asperioribus ad virtutem omnem exercent . Porrò mater Birgitta, vt primūm prolibus à Deo dita-
ta fuit, tanquam aquila prouocans ad voladum
pullos suos, & super eos volitans, eas ad om-
uem sanctitatem solicite educabat: adhibens
illis

illis præceptores, qui eos in fide & moribus
stituerent.

Loca autem & personas omnes suspectas
biique declinabat: semper honestas ancillas
comites morum grauitate conspicuos apud
retinens. Et ut erat otio acerrima inimica, iug
ter bonis sanctisque exercitijs vacabat: nunc
dentissimè cælestia meditans; nunc operi mu
num incumbens; nunc Sanctorum vitas &
cra Biblia legens; nunc Ecclesiarum limina
rens, diuinis officijs libenter intererat: ieun
quoque, vigilijs & orationibus feruenter inten
ta, carnem spiritui subditam reddebat. Qua
verò infirmis, morbidis & pauperibus benigna
perpetim fuerit, vix condigne explicari posse.
Habebat siquidem magnas ædes eisdem depur
tas: quibus & ipsa cum multa humilitate se
numerò inferuiebat, lauans & osculans pedes
corum.

Maritus autem eius, cùm esset vir strenuus
potens, & ex præcipuis Regis Cœsiliarijs, per
specta tanta eius virtute & gratia, in tantum il
lius sacris & salutaribus delectabatur sermoni
bus & consilijs, vt reuersus ex spontanea quo
dam cum vxore suscepta peregrinatione, sum
ma eiusdem pientissimæ coniugis suæ volunta
te, perpetuæ continentiae votum arriperet, sed
tandem in monasterio Aluastra ordinis Cisterci
sis Deo dicaret, ubi vita cursu feliciter peregu
Quo defuncto, sancta & pudica matrona, facul
tatib⁹ suis inter proles septem distributis, sedulo
animū ad monasticæ vitae statum adiecit. Cum
que animi dubia fluctuaret, cui potissimum vita
generi se dicare vellet, fertur cœlesti admonit
io.

*Pia eius quo
tidiana exer
citia.*

*Vlpho mari
tus eius fit
Monachus.*

oraculo fuisse, vt cuncta vitæ suæ cōfilia ad Ma- *Doctoꝝ Mat-*
gistrum Matthiam sacrarum literarum Doctorē *thias spiritu-*
exium, & in discretione spirituum in primis *lis pater S.*
præstantem, referret; seque suaque omnia ex il- *Birgittæ.*
lius consilio moderaretur.

Tunc Birgitta nihil cunctata, simul cum vita *Nouus Ordo*
& habitum mutauit, & nouum Canonem ordi- *S. Birgittæ.*
nemque sacris Vvatstenæ coenobij virginibus
conscriptis, tam sanctum, pium, & cœlestibus a-
deo decretis instructum, vt sine controuersia
cuncti ex ore ipsius Christi eum prodijſſe fate-
rentur. Interim verò nobilium fastus subitariā
eius vitæ mutationem & habitū vilitatem in-
digne ferebat, calumniabaturque ex fana parū
mentis iudicio prouenire. Sed illa calumniarū
patiens præclarè secum statuebat, nullis homi- *Constantia*
num persecutionibus à suscepto instituto vel *eius.*
latum vuguem recedere; illud subinde ad men-
tem reuocans: quod sicut laudantium præconia
malam conscientiam non sanant, ita nec bonam
ledere vituperantium conuicia.

Triginta ab obitu mariti annis, spredo linea- *Vestitus &*
rum vestiū vſu, excepto capitis velamine, aspe- *Lectus eim.*
to cilicio carnem macerabat; humus verò, tape-
to simplici instrata, delicata teneræ matronæ
membra longo fessa peruigilio ad somnum ex-
cipiebat. Sextis quibuslibet ferijs ignitas arden-
tis guttas in nudam deponebat carnem, & her-
ba quadam amarissima palatum excruiciabat, vt
memoria suppliciorum Christi menti impressa
tenaciū inhæreret. Nodosis insuper & asperis
fanè ligaminibus die noctuque corpus terebat,
& confessione animi labes vel leuissimas sexta
qualibet feria expiabat: totaque mente cōmen-
tationi

R.

En ut me-
moriā agas
passionis
Christi.

Paupertas eius.

*Venit Ro-
mam.*

*It Hiero-
lymam.*

*Valde eiſae-
tent peccato-
mortifero
obnoxij.*

tationi passionis Christi , cuius consideratione
potissimum afficiebatur, nauabat operam . Pa-
pertatis & obedientiae verò studium adeò sen-
per adamauit, ut res & facultates suas omnes a-
teri dispensandas commiserit , & quoties in-
vel in suos vel aliorum usus aliquid conuen-
cuperet, summa cum humilitate in Christi no-
mene id sibi dari perebat.

Biennio in domibus Aluastræ monasteri
vicinis ex obedientia morata fuerat , cu-
iussa Christi mādato peregrinationis suscepit
labores, Romam venit , vbi Sanctorum limi-
singulari deuotionis studio visitauit. Inde Hi-
erosolymā profecta, loca omnia Christi suppli-
cijs insignita lustrauit. Ibi verò plurima de sta-
tu regnorum cognovit , & diuinis intrinsecu-
visitationibus mirifice illustrata fuit. Persolu-
tis autem ex animi sententia votis precib-
que , Romam rediit , vbi multò deinde claris
sanctitatis illius splendor indies eluxit . E-
quidem tanta fuit illius animæ mentisque pa-
ritas, tantus nitor , ut non modò horrenda
peccati faciem ipsa in se horreret, sed nec in
quorum hominum præsentiam ullo modo ferre
posset. Si quis enim vel mortiferi alicuius pe-
cati labore contaminatus illi astaret , vel fra-
duleter loqueretur , adeò tetrum ex eo feco-
rem hauriebat, ut vix posset subsistere , & mor-
obstruere cogeretur.

Ante autem quam Hierosolyma rediret, fe-
bri & stomachi infirmitate correpta , eam ter-
marique inter labores & dolores anno integro
patientissimè tulit . Romæ verò vis morbi in-
dies magis magisque excrescens, eam paulatim
conf

confecit, ac postremò cum Missa celebrata, sa-
cros percepisset sacramenta, solutis corporis
vinculis eam ad Christum (cuius conspectu
cum alias frequenter, tūm præcipue in mortis
agonē exhilarata fuit) transiñit. Corpus eius
fuit debito cum honore ad monasterium S.
Laurentij deportatum, ibidemque sepultum,
ubi postquam anno integro multis admodum
miraculis clarum quieuisset, indè sublatum ad
cenobium VVasthenæ studio & opera filiæ
eius Catharinæ non sinè magna miraculorum
virtute translatum fuit.

*Obitus eius.**Multa ad eum.**in sepul-**chram mi-**racula.*

MARTYRIVM S. CHRISTINAE Vide C. B.
Virginis, ex martyrolog. Adonis, Treuirenſis Ar-
chiepiscopi.

*ronij Notar.**in Martyr.**Roma.**24. Iulij.*

CHISTINA virgo, claris natalibus or-
ta Tyri apud Italiam lacui Vulsono finiti-
mā, præclarū pro Christi nomine certa-
mē inījt. Pater eius Urbanus præfectus nefanda
daemonū superstitione cōtaminat⁹ varia multi-
plici auro ornata colebat simulacra, quæ pia fi-
lia Christina in frustra comminuēs pauperibus tur.
Christina in-
bente patre
dirē cēdi-
distribuit, deosque aureos, patris nihil furorem
verita, sancte ad usus egenorum transtulit. Quo
cognito, parēs Urbanus alapis eam cædi, verbe-
ribus laniari, & ferro denique catenisq; onusq;
in carcere coniuci iussit. Post hæc iterum ad tor-
menta educta fuit; cumaque crudelissima laniata
sanctissimæ illius carnes in terram defluerent,
illa animo planè virili suas ipsa carnes patri
in faciem proiecit. Indè alligata rotæ, igni sup-
posito oleoque desuper infuso diutissimè torta

*Virilis ant-**mi Virgo.*

R. 2

fuit;